



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 8. Actum de connubio inter Eduardum Regem, & quamdam Galliarum  
Regis Filiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

## §. VIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.*Actum de connubio inter Eduardum  
Regem, & quamdam Galliarum  
Regis Filiam.*

Interea de desponsando Eduardo Rege agebatur, eaque consilia vel maxime Varvicensis Comitis conatibus adversa erant: ast quorundam fert opinio, quod Proceres ejusmodi propositionibus juvenem Regem nonnisi divertere voluerint, re tamen ipsa intenderint, ut ipse postmodum Elisabetham Henrici II. Franciæ Regis Filiam duceret: quinimo hujus rei negotium unacum Periscelidis Ordinis insignibus, quibus Regem Eduardus honorabat, Northantoniæ Marchioni demandatur, qui etiam in Franciam contendit, eumque comitabantur Vigorniensis, Ruthlandiensis, & Ormondianus Comites aliique quamplurimi Nobiles, præcipue vero Heliensis Episcopus, qui Sponsam a Rege petere jubebatur. Eo tempore Henricus II. Castro - Priantii agebat, Angliæ autem Oratores, ubi Nannetes pervenerant, inde ad Regis Aulam deducebantur, ac præprimis Northantoniæ Marchio utpote Legationis caput, Equestris Ordinis torquem Regi offerebat, & postea Heliensis Episcopus hæc subjunxit: „Huc adveni-

*Hist. Eccles. Tom. XLI.*      Q      „mus



Sæcul. XVI. „mus, ut ambo Regna ipso etiam con-  
 A.C. 1551. „nubii vinculo arctius adhuc conjun-  
 „gamus.„ Ad hæc respondit Cardi-  
 nalis Lotharingius: Rex vero quosdam  
 nominavit Deputatos, qui de matrimo-  
 nii conditionibus cum Legatis agerent:  
 Igitur utrinque conventum, quod Re-  
 gis Filia dotis nomine bis centum au-  
 reorum millia afferret, matrimonium  
 vero *per verba de præfenti* necdum con-  
 traheretur, nisi evoluto Mense, post-  
 quam Sponsa duodecimum ætatis suæ  
 annum attigerit. Ergo hæc pacta die  
 decima nona Julii Andegavi firmantur,  
 eorum vero executionem solus Eduar-  
 di obitus præpediebat, nam hic anno  
 post firmatum foedus nondum elapso re-  
 bus humanis valedixerat.

## §. IX.

*Varvicensis Comes Sommerfeto Ducis  
 exitium machinatus.*

*Thu 1. 8. hoc* Rege adhuc vivente in Sommerfeto  
*anno* Ducis vitam insidiæ struebantur,  
*Burnet. hist.* nam hic olim erat Regni Protector: Var-  
*ref. 1. 1. tom.* vicensis vero Comes tam potentem æ-  
*2. p. 271.* mulum invido prorsus animo ferebat,  
*Sleid. comm.* veritus, ne ipse rursus Regis gratiam  
*1. 23. p. 848.* sibi conciliaret: nec vanus erat Comi-  
 tis timor; quippe Sommerfetus prifi-  
 nam, qua antea fulgebat, dignitatem  
 recuperare totis viribus adlaborabat,  
 imo